



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

S. Stephanus abb. Co[n]gregationis Gra[n]dimontensis reformator. c. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

S. STEPHANVS ABBAS

Congregationis Grandimontensis
Reformator.

qui clamabat,

Reformamini in nouitate sensus vestri. Rom. 12.

Cap. V.



OST Reformationem Cluniacensem annis centum, surrexit, & noua Ordinis monachorum restrictio, à monte in quo ierichoara est Grandimontensis vocata. Hæc agente S. Stephano Abbate, qui inter quintum, & sextum ramos computatur medius, hoc fermè initio legitur proposita. Natus Stephanus in Aruernia nobilibus parentibus, patre Stephano, Mureti oppidi Domino (quod est in pago suburbano mouici, à quo & familia Murera, ut refert Franciscus Beneuentatis Iesu, in oratione funebri M. Antonii Mureti, Romæ anno 1585. habita, nomen accepit) ad Milonem Beneuentanum Antiepis copum, in lege Domini, & Monastica disciplina, eruditissimus fuit. His spatio duodecim annorum probe edoctus & instructus cum fuisset, desiderio Eremiticæ vitæ inflammatus discessit à multis Eremitis peragratis, locum tandem aliquem, quo libera Deo uacare posset, sibi deligere cupiens, patriam reperit, Montem ascendit, eumque suo desiderio & uoto aptum inuentis stabilitatis suæ pedem fixit, & paruo tuguriolo constructo, abbatem monasticam, Eremiticamque simul uitam asperrimam ducere cepit, ætatis suæ anno 10. Christi Saluatoris 1006. Panis ei oblatum potus, aqua, requies, nudæ tabule, vestes uiles & leues, quas multo labore minuebat, nullo frigore peraugebat, indumentum, fuisse perhibetur. Talibus armis per quinquaginta an. Diabolo deuictis, carne dicitur, & mundo triumphato, plurimis Monachis, sanctitatis suæ famularumque gloria allectis sibi societatis, ac præceptis ad D. Benedicti Regulam optimè informatis, congregationem iuanchoauit. Hanc cum aliquot annis sanctè & sapienter rexisset, tandem pietate mirificus in Domino quieuit, anno, qui erat ab eius uitiuitate 1056. ætatis suæ 80. & in monasterio suo sepultus. A postea

si donatus est, ad Idus Februarias festo dicato. At non multo post tē-
pore, diuino monitu Petro Abbati, eius successori, facto, Monachi
in eum, quem nunc habitant, Grandimontensem locum, migrarūt,
à quo, & monasterio, quod tunc nouum construxerunt, in eo que
S. Stephanum, quem secum asportauerant, condigno honore sepe-
lierunt, & toti congregationi nomen apratum. Hæc etsi viris san-
ctissimis, & doctissimis semper abundarit, nunquam tamen limites
suos extra Galliam produxisse legitur. Et hæc de initiis huius con-
gregationis: progressus eius cum non sit qui recitet, alijs inuesti-
gandos reliquit.

D. LVDOVICVS BARBO ABB.

Congregationis Italicae S. Iustinae de Padua
Reformator, quæ nunc Casinensis.

cuius verba.

*Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab
initio. Psalm. 73. Cap. VI.*



I s. paruis initiis monasticis nigrorum Ordo cor-
rectus reflorescere incipiens, per annos amplius
quam trecentos in obseruantia monastica, adhibi-
tis quandoque necessarijs spiritualibus medica-
mentis, permansit. Sed cum in præsentī seculo ni-
hil adeo bene institutum, quin destrui; nihil æquē
vultum, quin corrumpi; nihil ita stabile & firmum, quin aliquan-
do infirmari possit & labi, procedente tempore, ceperunt iterum
monachi à primo seruire in multis locis deficere, & uiam Patrum
suorum relinquere. Deus autem, qui inueterata renouat, hominē-
que nonnunquam cadere permittit, sed non perire, obseruantiam
regularem omnimodam nunquam deficere siuit, nec permisit: sed
suscitatis saluatoribus, ut quondam populo Israelitico ad peccata
sua relabenti, si non ubique, saltem in quibusdam prouincijs Ordi-
nem monasticum per eos reformare, Arboremque Diui P. N. Bene-
dicti non incuruatam modo, sed quodammodo decrepitam factam
& anuosam, his vltimis temporibus, erigere, in melius reformare,

MMm 3 acre.